Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1121
Quelle:
Copyright:

mine Bernardus aliquamdiu apud nos causa studij moratus est. quem nobis commendavit honestas morum et amor liberalium studiorum. Qui nunc ad paternam obedientiam reuertitur ad patriam. Cuius honestatem diligentius uestrę paternitati commendamus. ut ad sinum matris ęcclesię reuertentem paterne colligatis. non tanquam de longinquo reuertentem. qui substantiam suam pueriliter distraxerit. sed bonum nature quantum gratia sibi contulit honestis studijs accumulavit. De quo credimus quod se commendabilem uobis reddet. ut dignum eum iudicetis ad altiorem locum sublimare. aut maioribus ęcclesię stipendijs ampliare. Valete. Praesulem, ad quem datae sunt hae Commendatitiae, habeo *Stephanum de Balgiaco* sive *de Baugé*, qui Sedem *Aeduorum*, id est, *Augustodunensem* jam an. 1112. tenuit, et post an. 1136. dimisit *Cluniacum* se recipiens, ubi spiritum Deo reddidit inter manus *Petri Venerabilis*, ut pluribus *Gallia Christ.* T. IV. *col.* 389. De Scholarum *Carnotensium* celebritate adi *Hist. liter. Franciae* T. IX. p. 56. Nos ad Epistolarum seriem regredimur.

177. Ricardo Albanen. Ep. 133.
178. Paschali P. Rom. 157.
179. Gunherio Compresb. 140.
180. Paschali P. Rom. 150.
181. Leodegario Bituric. Archiep. 152.
182. O. (Odoni?) Gemeticen. Abb. 160.
183. Paschali P. Rom. 81.
184. Filiis Beluac. Ecclesiae. 98.
185. Paschali P. Rom. 88.
186. Beluac. Eccl. Congregationi. 137.
187. Guillelmo Rotomag. Archiep. 149.
188. Daimberto Senon. Archiep.

Haec Epistola rursus *Ivonis* editoribus defuit. Itaque integra hic sequitur. *Daimberto dei gratia sonensium* (Senonensium) *episcopo. Ivo. h. e. c. M.* (humilis ecclesiae Carnotensis Minister.) *salutem et seruitium. Admonuit me quidam frater ex parte uestra canonicus Beati iohannis de ualeia ut paucis scriberem dilectioni uestrę de quadam muliere que nepoti uiri sui incesta et adulterina pollutione se miscuit. utrum possit ad thorum uiri sui redire. an uir eius alteram uxorem legittime ducere. Ad hoc breuiter respondeo. quod si uir uxori suę cum qua nepos eius fornicatus est ultra se miscuerit incestum perpetrabit. De incestuosis autem sic habetur in concilio hilerdensi. capitulo X°. De his qui se incesta copulatione maculant placuit ut quousque in ipso detestando et illicito carnis contubernio perseuerant usque ad missam catecuminorum in ęcclesia admittantur. cum quibus et nec cibum sumere. ulli christianorum sicut apostolus iussit oportet. Si uero uiuente uxore aliam duxerit. publicus adulter erit. Vnde Augustinus in libro de bono coniugali. Interueniente diuortio non abolitur confederatio ita ut sibi coniuges sint etiam separati. Cum illis autem adulterium com-*